BERNARDUS AYGLERIUS
4. Jahrzehnt 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund)
Seite 179r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37116
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



179

cura ut omnia horis competentibus compleat
Vniuersa dicit. Cura hic intelligitur sollicitudo. ut negli-
gentia excludatur. Vbi ita dicit. Aut tali sollicito fra-
tri hoc aliquid. Et autem dicit omnia. scilicet officia tam in ora-
torio quam in refectorio et in dormitorio et omnibus locis. et
per quascumque personas. et in quibuscumque temporibus et horis agendis
horis competentibus. in congruis. congruentibus. apte et debite
completur. Psalmos autem ut antiphonas
post abbatem ordine suo quibus iussu
fuerit imponat. Et dicit post abbatem. non cantandi
notam imponit abbati. quamquam vel vult per alium cantari.
quia ut cantor ignorat. ut non ipse vocem ad cantandum. et ipse in
aliis longe maioribus. ad dominum spiritualem et temporalem sufficiens
esse potest. Et. non ait. quibus iussu fuerit. ad hoc respicit quia
tabulatus est scribere quis aut quid debeat cantare.
Cantica autem et legere non presumat. nisi
qui potest rem officii implere ut edificet
audientes. quod cum humilitate et gravitate
fiat et cum iusserit abbas. Cantica autem et
hoc superius in 38.o capitulo satis exposita esse puto. sup
illo vero locus aut non per ordinem et. Et cum humilitate
et gravitate fiat. Humilitas presupponit. gravitas humilitatem tem-
perat. ~~[illegible]~~ vereundiam committit. Humilitas a
~~[illegible]~~ cantatore ut lectore excludit. ut humilitas ha-
beatur in mente. gravitas in gestu exteriore et tremor
in devotione. Et abbatis iussio. in obedientia dei et horibus
intelligatur. De opere manuum cottidiano Cap. LVIII
Alius est de continuatione cum precedenti capitulo proximus